

Jacopiti xristiani

hic habitat caliphus qui  
est quemadmodum papa  
romanus

studia ipsorum sunt in  
lege macometi in negro-  
mantia phisica astrono-  
mia geomentia & phiso-  
nomia

montibus uero huius prouincie quedam gentes habitant/ que. Curd. appellantur qui in parte xristiani Nestorini & Jacopiti sunt in parte uero saracenj qui macometum adorant ipsi sunt probi & nequam homines & mercatores depredantur libenter/ penes istam prouincia est quedam prouincia nomine| nomine mus & meridin in qua 5<sup>r</sup>° bumbatium oritur in maxima quantitate & fit in ea magnum laborerium bucherani & alia laboreria multa/

**B**audach est quedam ciuitas magna in qua erat califus omnium saracenorum de mundo/ quemadmodum papa romanus [omn]ium xpistianorum. per medium uero ciuitatis quoddam ualde magnum flumen pertransit/ per quod mercatores eorum mercimonia ad mare Jndorum ferunt & referunt/ Item supra predictum flumen est quedam ciuitas nomine bascra circa quam per nemora meliores nascuntur datuli qui reperiantur in mundo/ & omnes perule que de yndia in xristianitatem portantur pro maiori partte perforantur in baldac & in baldac studetur in lege macometi in negromantia/ physica astronomia geumancia. Et physonomia. ipsa noblior ciuitas est & maior omnibus que in partibus illis ualeant inueniri vlau fincto modo & fraude accepit ciuitatem & calif fratrem suum quo capto inueniens in alchalis turim quandam sufultam tanto thesauro ut superius audiuitis admiratus est ualde. Et tunc coram se calif fecit adduci/ postmodum dicens ei calif ad quid tantum congregasti thesaurum/ quid inde facere proponebas/ ignorabas enim quod tibi inimicus fuisem & quod cum tanto exercitu ad te & teram tuam capiendum uenirem cur thesaurum hunc militibus & stipendiarijs non distribuisti qui te ac ciuitatem defenserent & seruarent cui calif ignorans quid respondere obmutuit. Alau eo capto in turrim qua erat thesaurus eum fecit intrudi sibi dicens. quoniam aurum sitis aurum quod acumulasti bibes.| & comedes & ut satieris in eo/ nullus alijs dabitur tibi uictus. 5<sup>v</sup>° sic uero mortuus est in turi/ plura uero de moribus habitantium possent describi/ set propter prolixum materie obmitantur:/

**T**ractato de captione baldach nunc dicatur de quodam miraculo quod inter baldac & moxul aduenit. nam cum circa annum domini .m.ccxxv in baldac quidam esset calif qui multum habens odio xpistianos cogitaret cotidie modum & formam quibus omnes in eius terra morantes facere posset ad legem suam conuerti alioquin mortis suplicio terminare/ finaliter inuenerunt punctum unum scripture in euangelio sic dicentis/ si quis xpistianus tantum haberet fidei quantum esset granum synapis precibus suis sume maiestati porectis montes faceret de loco ruere uel moueri quo inuento nullo modo credentes hoc posse aliqualiter adimpleri/ Misitque calif pro omnibus xristianis nestorinis & iacopitis. in eius terra morantibus & ipsis existentibus coram eo dixit estne uerum quod textus euangelij uestri declarat cui responderunt uerum/ eritne unicus qui